BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich
XVII 258

Moeurs et Soug

françois

SVPERSTES
FAMA,

Post obitum Perillustris & Admodum Reuerendi Domini D.

ANDREÆ TARŁO;

Canonici olim Cracouiensis, Præpositi Tarnouiensis, Decani Opatouiensis.

Ex factis, ac meritis vitæ suæ pulcherrimis, & præstantissimis concinnata,

A

IOANNE BVIAKOWIC,

Art: & Philosophiæ Baccalaureo, debitæ pietatis ergo consecrata.

CRACOVIÆ;
In Officina Martini Philipowski.

28. 32 639
INSTYTUT OSSOLINSKIEGO.
1.765

qxiduè animi studium prouocauit? vt quacunq; possem (quam scio esse non vsq; adeò luminosam) simplicis eloquentiæ faculâ funus hoc peramplum, luctuosamq; actus vniuersi faciem pro virili collustrarem. Verùm id quoq; minimè obscurum esse potest. Vnica enim alumni in Patronum, Clientis in Mæcenatem pietas & obseruantia, hæc facillime conscio alioqui suæ imbecillitatis animo & ingenio, non grauatim persuasere. Debitus inquam cultus, debita in Patronum obsequentissimæ voluntatis significatio, summaq; vitæ ac tot virtutum dignitas & prærogatiua, hæc inquam non ægrè animo impares lacertos libenter recognoscenti, hoc non iniucundi munus oneris imposuerunt. Quocirca tantò paratiorem me apud Perillustres & Admodum Reuerendas & Magnificas Dominationes vestras excusationem consequuturum confido; quantò minùs candor genuinæ pietatis, præsertim cum doloris angustiæ premunt animum, sententiosos orationis quæritat apparatus. Equidem hoc mihi est in votis primarium, vt veriorem quam ornatiorem dictionis meæ opellam quisq; arbitretur. Quod si ipsam etiam veritatem non quo par est ordine ac serie, sub conspectum vestrum produxero, in eo adolescentili ignorantiæ ignosci percupio, rerumq; magnitudini propè infinitæ.

Perillustr: & Adm: Reuerendarum DD. vestrarum

Addictissimus Cliens & seruus

Ioannes Buiakowic, Art: & Phil: Bacc

SVPERSTES
FAMA.

SVpremum vt à magno vocatur Aurelio humanitatis officium, venerandæ exuuiarum mortalitati Perillustris & Admodum R. Domini, ANDREÆ TARLO, Canonici olim Cracouienſis, Decani Opatouienſis, per quàm libenter impendimus, Perilluſtres, Magnifici, Ornatiſsimi Hoſpites. Neque tamen ſine iuſto & graui dolore in hoc tam ſancto debitæ pietatis verſamur obſequio. Dolemus enim extinctum tantum Patrem, cuius obitum, & auulſionem ab hac vita peracerbã vt Parentis deſideratiſsimi, quæuis illarum Eccleſiarum, quarum pars maxima fuerat, quibus non minùs profuerat quàm præfuerat, vera & magna animi mæſtitiâ videtur complorare: tantò magis, quantò ſingulæ clariùs, ſingularem vitæ illius, conſenſu vnanimi recognoſcunt conuerſationem, ac promeritorum inſe beneficentiſsi-

centiſsimam largitatem. Quocirca diem luctus & mæroris agunt pleniſsimum, quo violentiâ præuaricationis protoplaſti pridem inuecta, infenſiſsima mortalium generi crudelitas, viſquê fati peracerba, parcens nemini, ex corona Perilluſtris Capituli Cracouienſis, tantarum virtutum, tantorum in Eccleſia, pro Eccleſia Dei laborum & functionum, toto regno & multis aliis commendatiſsima odoriſque ſacri pleniſsima, florem lectiſsimum; ætate quidem iam benè maturum, totque factorum pro laude Dei, diffuſis circumquaque fragrantem odoribus, tãdem imperat ſuccisum marceſcere, diem horroris plènum expectando. Quid ergo plerique omnes triſtiſsimo perculſi exanimis fati ſpectaculo ſtupeſcemus? plerique Patris deſideratiſsimi ſublatum è viuis lumen, mærentes, taciturni, deiecti plorabimus? At non eo fortaſſe animo, & ſtudio, ad hunc diem, huc Perilluſtres & Magnifici Domini confluxiſtis, vt dolorem tantummodo, ex obitu Perilluſtris viri ſuſceptum, mutuo conteſtaremini, quin etiam in

eo ve-

eo veſtrum ſtudium verſatur ſanctiſsimè, vt ſpiritus & animus, qui ex hoc ergaſtulo emigrauit pijs Eccleſiæ ſanctæ adiutus ſuffragijs, ſacroſanctisque ſacrificijs, ſicubi adhuc propter iudicia Domini ſeueriſsima expurgetur quantocius adauctus, conformatus, ſpirituum beatiſsimorũ infinitis myriadibus poſsit ſociari. Faxit Deus optimus maximus, vt ſanctiſsimæ veſtræ in defunctum cogitationes, atque omnis opera ſollicitè ſuſcepta de animæ ſalute, (quod maximè Perilluſtris Pater exoptabat) vberrimos Diuinarum gratiarum, & benedictionis fontes experiatur copioſiſsimè recluſos reſeratos. Mearum verò partium, & affectus obſequentiſsimi in Perilluſtrem olim Patrem, quod mnemoſynõ extabit luculentum? quæ opella non ingrata, ſupremi iſti9 eluceſcet obſequij? quod perpetuũ cultus & obſeruantiæ tranſmittetur ad poſteritatem argumentum? Profectò ſi parum mæren ti animo, dolor quiuis acerbior verborum ad dicendum ſuggerit, omnem vim, & partes ingenij, rubiginis inſtar corrodens ac proſternens im-

potentiùs, meæ quoque imbecillitati, in suscepto non improbandi officij negotio, ignosci à quouis vestrum poterit, si quæ in commemoratione, virtutum illustrium, Perillustris viri dicenda esse, hoc tempore arbitror, omnia nudè, simpliciter, ac sine vllo apparatu eloquentiæ magnifico, vere tamen ipsius propria ad conseruandã tanti viri memoriam protulero: Enimuerò illud in votis erat mihi primarium, vt superstiti potius, primo quoque tempore, promeritorum suorum manipulum, rudi & imperitâ meâ oratione, suaque verius vitæ laudabilis sanctimonia colligatum, sibique dicatum legisset, acceptasset. Illud tamen minus tum licuisse vel ætatis meæ immaturum ad dicendum iudicium, vel hæc ipsa Diuinæ voluntatis meta ac terminus, qui præteriri non possunt, assignatus meam excuset voluntatem. Nunc verò si quid dicendo præstare possum, quod sentio quam sit exiguum, nihil exaggerando, ad vitæ illius puncta, quædam luculentioris gloriæ solidiorisque pleniora, orationis genere perstringam breuissimè. Non, eo inficias,

tias, non ſatis excuſari poſſe eos, qui vitas Illuſtrium virorũ in morte ipſa ſtrictius pervolantes, res multorum annorum geſtas præclariſsime, intra aliquot paginarum anguſtias redigunt, fore ſatis arbitrati, ſi punctis iſtis, & alueis tam exiguis, immenſum vitæ vniuerſæ pulcherrimorũ factorum pelagus contineatur. Mihi tamen noxa hæc tanti non erit, qui pulcherrimas vitæ integerrimæ partes perferrem latiſsimè, ſi omni ex parte facultas voluntati reſponderet: Nec tamen exoculati laudatoris nomine audire velim, qui quocunque ferat impetus allidit incautior, quin potius ea quæ ſim dicturus, ita ordinabo, vt primo loco ſplendorem generis, verbis attingam pauciſsimis, vt rem omnium manifeſtiſsimam, ſecundo loco, primæ ætatis admirationis plena documenta commemorem, tertio vitæ ſãctioris, qualis eſt ſacerdotij ſanctimoniam, actusque, eadem quodammodo amiſiſſet regula directos atque continuatos, pro virili ediſſeram. Tarnouianæ domus in Regno Poloniæ ampliſsimo, vetuſtatem, claritatem promeritorum, qua pacis

 tempo-

tempore, qua bellicâ tempestate præstitam patriæ magnitudinem, si quispiam suorum Conciuium se non satis perspexisse fateretur, eum ego in euoluendis Polonæ historiæ annalibus, in cõmemorandis virorum de Patria egregiè meritorum exemplis, in referendis ex ordine prosapiæ imaginibus ac virtutibus, amplissimè ex maioribus in posteros deriuatis, hospitem & peregrinũ iudicarem. Antiquissimis antiquorum Principum, domus hæc satis superque inclaruit, sinceritatis, obsequiorum, deuotionis, pro Domino, pro fide, pro Patria documentis, vt sigillatim recensere aliquos propè superuacuum habeatur. Insigne gentis Ascia est, quâ sæpiùs sæculi rudioris leuitatem, magnanimitate, æquitate, fortitudine, prudentiâ singulari, dedolauit complanauit. Hostium verò intempestiuis incursionibus tam crebro erat formidabilis, quàm grauiter ac fortiter confertissimis vel Tartarorum irruentium ibat obuiam cædibus, vel alteri cuicunque, animis ad procumbendum paratissimis occurrebat feritati. Sed neque consiliis dome

sticis

ſticis, vnquam erat ita indiga, nunquam ita deſtituta bonarum artium atq; diſciplinarum ornamentis, quin Patriæ ijſdem feliciſsimè commodaret. Numerare prolixum eſſet, atque ex annalium memoria recenſere, Archiepiſcopos, Caſtellanos, Palatinos, cæteroſque viros ampliſſimos & de Patria meritiſsimos, quos domus Tarſouiana Reipublicæ vſibus ſuppeditabat identidem. Hinc eis maximarum & illuſtriſsimarum familiarũ vincula affinitatum, hinc antiquiſsima conſanguineorum in regno vel olim vel nunc ſplendidiſsimorum ac ſummorum mutua ornamenta & perennes prærogatiuæ. Nam de opibus ac latifundiis longè lateque propagatis non eſt quod multum diſſeram, aduertunt omnes, vel iſtos, qui Diuinâ gratiâ nunc vigent ſuperſtites, auitis & patriciis abundare facultatibus, atque diuitiis, ſuaque virtute, parta maiorum, promeritis, amplius promouere. Eiuſdem fuiſſe fortunæ atque genij, qui & ſortis, & generis extitiſſet, Perilluſtrem olim Præpoſitum Tarnouienſem, Canonicum Cracouienſem, Decanum

num Opatouiensem, earum planè virtutum, qui bus & sui maiores commendatissimi habebantur, illi præsertim, qui posthabitis vitæ sæcularis, quæ ditissimos plerumque ad mundi illecebras inuitant deliciis, ad Diuiniora, Diuinioris cultus & seruitutis castra sese transtulit. Qui ad illustrẽ splendorẽ generis, virtutibus in iuuenili adhuc æ tate efflorescentibus, hoc addidit, vt ingressione auspicatissimâ vitæ spiritualis, hãc ipsam virtutũ ac promeritorum sacerdotalium, quasi lucidissimorũ syderum accumularet atque distingueret, chrysolitis, pyropis, gemmisque aliis præstantissimis. Sed ne vita illius dignissimè transacta, à me in confuso atque tumultuariè videatur memorata, idcirco ordini inchoato insistendo, paucis, annos eius teneriores, illorumque rationes, laude verâ dignissimas repetamus: Atque illud cumprimis fuit; quod maximo expetebat deside rio, vt à tenera nimirũ & vernante ipsamet adolescentia, quam non in ætatis, vt plerique assolent emasculantibus virtutem deliciis atque illecebris, sed in continuis pietatis exercitijs, perpe-

tuo

tuo deuotionis feruore, diligenti cultu religionis trãsigeret insumeret: Et licet ætas hæc fragilis, ac lubrica, cõsensu literatissimorũ, tũ quoque ipsius Phænicis naturæ Aristotelis iudicio, plurimis intertexta difficultatibus firmissime teneatur, tamen inuictum quoddam robur, imo Athlantis & Herculis constantiam, Perillustris Prælatus noster, in decurrendo hocce fluctuanti curriculo exhibuit declarauit. Transegit primam ætatem in rara propeque inusitata ta vitæ continentia, in seruentioris cuiusque impetus, animi & ala critatis plena victoria, in assiduo erga Deiparam virginem cultu & ardenti ipsius nominis & honoris propagatione, dum singulos prope dies, imo singulas horas, ac tempora, in orationibus, votis, suspiriis perpetuis, collocaret. Et neque solùm in ætate non benè matura, iisque annis, quibus iuuentus facile labi, deliniri que potest, verùm etiam, ad maiorem tum iudicio tum doctrinâ, ætatem prouectus, modum hunc laudatissimum, & ritum homine Christiano dignissimum, non tantum constanter retinuit, verùm

rûm etiam, pluribus virtutum speciminibus, decorauit, ampliauit, adornauit. Porro pietatē iustitiæ fortitudinis tēperantiæ, cæterarumq́ue virtutum ratus primarium fundamentum, in eo efficaci ac solidâ substructione visendum, & magnificum ædificium construebat. Sed quid ego in reuoluendis incunabulis tanti, tamq́ue Perillustris viri, atque omniū nostrum Mæcenatis amplissimi occupor? quid ad omne vitæ decorum conquirendum concinnatam illius, & perelegantem morum vitæq́ue symmetriam angusto istius paginæ spacio comprehendere satago, cum in illis exactiùs enumerandis, animo me, ac oratione deficere sit veri similiùs, quam vnius vel alterius illius ætatis virtutum celsitudinem & eminentiam pro dignitate explicare. Neque satis videbatur generoso atque peraugusto pectori, benè constitutam ætatem, intra gyrum & orbitam recti & honesti identidem reuocare, non satis fuit, hisce tam illustribus clarescere virtutū documentis, maiùs quiddam & illustriùs, animus ad summa quæq́ue natus, iure suo æmulari ingressus videba-

debatur, cum prima illa ætate, in educatione domestica, primaque, vna cum tot virtutum documentis, cura & solicitudine parentum suorum Perillustrium imbutus, informatus, Vrbem toto Regno Principem, ampliorum studiorum atque disciplinarũ gratiâ felicissimè proficiscitur. In Academia igitur, omnium disciplinarum & virtutum vnico vniuersi Regni Athæneo, omni genere scientiarum, nobilissimo emporio, animũ & ingenium iustissimo tempore tradidit informandum: Namque inibi spacio aliquot annorum literis diligentissimam nauans operam, difficultates etiam, & abdita rerum Philosophicarum spinosiora, magna ex parte percepit perlustrauit. Tandem veluti ales generosior, nido natiuo iam minimè contenta, ad exteros, eorumquê mores, cultus, consuetudines, pernoscendas animi studium direxit, atq; conatum efficacem: Perrexitq; primùm per viciniores oras & populos, hic ibi, apiculæ instar solertissimæ consistens, quo fructuosius & limpidius domesticis aluearibus

bus mellilegium introferret, atque ibi pietatem cũ moribus, mores cũ literis, literas cum insigni prudentia, prudentiam cum debita animi moderatione, solertissimè coniungens, ita peregrinatione colophonem imposuit, vt nunquam postmodum in vita se, illius pæniteret. Hic ego iã ad libellam rationis reuocari cuperem, voces illas inconditas ac pænè barbaras, quibuscunque tandem proditæ sint authoribus, Regni Poloniæ amplissimi, oras & populos, vsque adeô frigescere, vt ingenia quæque, voluntatibus ex animo ad literas incumbentibus, non satis respondeant: Quinimo multò etiam illud iactatur insolentius, Musas aliquando septemtrionem ingredi attentantes, in finibus ipsis, frigoribus sempiternis, obriguisse, hæsisse, constitisse. Verùm enimuerò vt Perillustris Prælati nostri industriam, magnã ac penè rarã in dignoscendis rebus solertiam, in ætate nondum consilio, aut iudicio maturiore corroborata, sexagenariam propè maturitatem conspexerunt, ipsâ etiam maleuolentiâ fatescente, fa-

te, fa-

te, fateri compulsi sunt, etiam sub frigido polari axe fragrantissimos eruditionis flores, imo fructus, ex his prognatos vberrimos, identidem in Polonia ad vsus Patriæ, secundis auspiciis expectari. Nec spes eorum qui sic ratiocinabantur fefellit ingenia, nam vbi primum ab exteris regressus, lares domesticos, Perillustris Prælatus noster, feliciter attigerat, non multum inibi commoratus, totum se Reipublicæ gratiâ, in lucem publicam extulit, suamque voluntatem promptissimam Illustrissimo olim Petro Tylicio Episcopo Cracouensi penitus amplius regendam & promouendam deuouerat: vbi quam præstantia magnarum virtutum specimina, quam præclara pietatis & modestiæ declarauerit argumenta, hoc vel vnicum atque luculentissimum fuerit indicium, Illustrissimum olim Antistitem, non passum diutius in aulicorum suorum lectissimo numero commorari, sed singularia virtutum Tarkouianarum sæpius prodita documenta, eum tandem coronæ Perillustri venerabilis Capituli Cra-

li Cra-

lii Cracouiensis, veluti nouum sydus, inter cætera astra lucidissima inseruit collocauit: Tum verò ille cæpit se ipso efflorescere multò gratiosiùs, vitæ sanctimonia, gratitudine, in suum Mæcenatem amplioribus promeritis, virtutum omnium factis pulcherrimis, atque exemplis apud seram posteritatem memorandis. Vidisses toto illo tempore, palmæ instar, contra aduersa, quæque virtuti obstantia, inuictam animi illius magnitudinem enitentem, cui hoc solum verè præstans, ingens, atque preciosum esse videbatur, quod cũ virtute, dignitate, æquitate, coniunctum clarescerer. Prouocabat ad certamen pulcherrimũ, studium atq; ardorem animi, virtutum congressus, consociatio exoptatissima, vnaque aliam, exstimulabat, non vt infesto sese mutuo iugularent exitio, quin potius vt luce clarissimâ fulgerent. Itaque animus ille, ad omne solidioris gloriæ fastigium incitatus, æquabili moderatione aduersorum tolerantiam, tolerantia, discriminum patientiam, patientia æquitatem, æquitate fortitudi

nem,

nem, fortitudine, veram inuicti animi magnitudinem armabat, comparabat. At non hic terminus adest virtutum illustrium, non hic finis, metaque heroicarum actionum, á generoso pectore prouenientium, non potest sanè non potest, vt ingens corporea moles loci angustiâ circumscribi, ita perangustis hisce paginarum cancellis, tanti & tam illustris viri, haud sanè potest contineri laus, atque vera prædicatio, qui toto vitæ tempore, actionibus studiosissimis, cultui pietatis, Diuinis obsequijs inseruiebat, statis temporibus operâ diligentissimâ expediendis promouendis. Cum enim Perillustris Prælatus noster, serio, multumque secum spes mundi vanas, deceptorias illecebras, omnemque sæculi lætitiam, breui spacio torrentis instar diffluentem aduertisset, vt tanto faciliùs syrtes, atque Syrenes, vadaque mundi immundi præteriret, non ceratis tegumentis, vt cautus ille Ithacus, sed monente spiritu Diuino, spinis aures, contra prophanos mundani concentus, numeros & Pæanas sepiuit, oculis velamina

timo-

timoris Dei imposuit, freno rationis cæteros omnes sensus, omnemque impetus impotentiam adstrinxit, compescuit. Nec mora, circumcisis atque perdomitis magna ex parte istis domesticis satellitibus, viam vitæ sanctioris ex animo cõplexus, ingreditur, inque sortem & numerum vnctorum Domini, peculiari Diuinæ gratiæ bonitate, vocatur, adsciscitur. Hic verò iam exacto esset opus oratore, virtutes illius sacerdotales, omnibus numeris absolutas, dicendo persequente, quibus nouam tunc vitã spiritus Diuinissimi continuis ordiebatur atque promouebat adiumentis: Namque eodem plane tempore, geminum consecutus beneficium, alterum Canonicatus Cracouiensis, alterum Decanatus Opatouiensis, in eo elaborabat quàm maximè ne beneficentissimæ vnquam, in earum cura & administratione obliuisceretur industriæ. Accepitne an reddidit accepta beneficia, multum diuque omni æuo posterorum disputabitur, quoties vera religio in Deum acerrimè vindicata, pietas conatu

maximo

maximo propagata, cultus Diuino honori amplius promouendo dilatatus, leges sacrosanctè custoditæ, supellex pretiosa, vsibus & ornamentis Ecclesiasticis destinata, serui altaris Dominici liberalissimè, sæpius donati, commemoratione non fucata, aliis ad imitationem inculcabuntur, cōmendabuntur. In naturam propè iam conuersa videbantur Perillustris Prælati vota atque desideria gratificandi bono Ecclesiæ, quàm studiosissimè quàm decentissimè. Nec prius venit in mentem tantamque benefici animi, hoc aut aliud genus ornamentorum, in qua ipse Ecclesia Præsidem se aut Pastorem recognesceret desiderari quum cogitationi facilitas, impensarum luculentissimarum dicto citius responderet. Recense omnia felix tanto Decano Opatouia, dinumera si facile in numerato habere potes, identidē accepta atque sæpius magno animi studio, clarissimâque liberalitate congeminata beneficia. Diu fortasse persimilem Decanum expectatura, desideratura, multis votis nequaquam respondentibus

bus expectabis. Quod si fortè simillimum nacta gloriaberis, memento tamen Praelati, tuae dignitatis atque splendoris amantissimi, proque ipsius animae salute, demissa & venerabunda supremo supplica, tantorum patronorum largitori. Tu verò Tarnouia, patria mea carissima, Ciuitas Ducum Maximorum praestantissima, debitae gratitudinis iura sacrosancta muto atque elingui silentio vnquam violabis? Primarium est atque omnium preciosissimum, quod Praelato tuo in se Pastor aeternus regendum permiserat: Ecclesia tua Collegiata, Ecclesia inquam quae nuper illo vigente ac viuente, viuaci vultu decoroque plenissima nitebat habitu, veluti sponsa, sponsi decore formosissima, at nunc desolatam incredibilis dolor opprimit, luctuque squalet acerbo, suo destituta Nauarcho, Pastore, Promotore, Protectore. Ac sanè non immerito doles Tarnouiensis Ecclesia, tantundem enim tu quoque quinimo multò fortasse arctius teneris aeternùm obligatissima perpetuis tui Praelati in rem tuam bene


ficijs

ficijs amplissimo. Pastor enim tuus erat, in rebus tuis suauè agendis, iuribus eiusdem patrocinio efficaci propugnandis, acerrimus, sacris vasis & ornamentis ex auro purissimo, cæterisque metallis comparandis maximis impensis & sumptibus, conquirendis comparandis, liberalissimus, constantissimus. At ecce pastor ille tuus, tandem iam tuus esse desinit, non iam vlterioribus bono tuo confouendo gratificabitur consilijs, benignitate, præsidiis. Manes contenta, vt po te liberalissimè munifica, gratiâ tui Prælati ditata, ornata, confirmata, manseris quoque gratissima est necesse. Neque mihi modo res est cum sacris altaribus, vasis, picturis, aut sculpturis imaginum haud rarissimis, ac rebus omnino cunctis, quæ in apparatum Ecclesiæ, cogitatione illius, & impensis cesserant magnificis, quin potius vestrā alloquor Perillustres Domini dignitatem: vos Admodum R. Prælati, cæterique omnes Dei viuentis Sacerdotes & famuli obtestor, animæ tanti Mæcenatis, tantique promotoris bonorum

Ecclesiæ, vt oculatissimi testes, pijssimis apud altissimum intercessionibus, atque tremendis sacrificijs, Diuinæ maiestati offerendis suffragari mementote. Ad hoc enim tempus suum in vos affectum, suaque studia & beneficentiam voluit esse reseruatam, istis diebus, quasi tempestati cuidam, vestrum amorem affectabat, vestram beneuolentiam sibi accumulabat, & quasi in gasophilacium congregabat certissimum. Facite vt anima illa, si iudicijs inscrutabilibus Diuinis, aliquantisper in expiationibus leuissimarum etiam detinetur macularum, aut pro non deploratis satis facit vitæ suæ imperfectionibus, quibus p[illegible] ri- que omnes mortalem vitam degentes sumus [illegible]b- noxij, vt quàntotius efficacissimè, vestro affectu erga demortuum intergerrimo, vestris precibus, vestris imò Diuinis ac sacrosanctis sacrificijs, adiuuetur, adiuta, cum Deo in felicitate eius perennet sempiterna.

D. I. X. I.

In[illegible]



IN terra orimur, in terra morimur, reuertentes in eam vnde ſumus aſſumpti. Hic nobis anguſtus introitus; mora breuis; ſola mors certa. Cogitur totus Adam iudicium portare quod meruit. Velit nolit quantumcunque recalcitret vniuerſus adhuc fert ſententiam quam recepit. Terra es & in terram ibis. D. Bern: in ſerm: de S. Mart.


INSTITUT OSSOLINSKIEGO
8129/II

2069

8127
31

In Stemma Peruetustæ Domus

TARLOVIANÆ.



Fulget Sarmatico tot ſæclis Aſcia Regno
Ceu lux æthereis, æmula ſyderibus
Aſcia tot meritis, tot ſacris clara tyaris
Splendet ab Andreæ, Tarlo decore magis
Sic patriam recreas; pete Cælos Aſcia ſummus
Orbis ſplendorem cernat vt ipſe tuum.

XVII-258-III

Perillustribus & Adm: Reuerendis Dominis,

D. IOANNI TARNOWSKI,
Archidiacono Cracouiensi, Wladislaui-
ensi, Warsauiensi Canonico.

Ac

Perillustri & Admodum Reuerendo D.

D. IOANNI SKARSZOWSKI,
Canon: Cracou: Custodi Wislicensi.

Tum

Perillustri & Magnifico D. D.

SIGISMVNDO ALEXANDRO
TARLO, S. Regiæ Maiestatis Aulico
Cubiculario germano Fratri Per-
illustris pie defuncti.

Et

Admodum Reuerendo Domino

MARTINO LISKOWIC,
*Omnium SS. ad Cracou: Canonico, Parocho
Olpinensi, vltimæ voluntatis, Perillustris
olim D. Executoribus dignissimis.*

SVPERSTES
FAMA.

VLtimum idcircoq; gratissimum conuentu vestro celeberrimo, tamen ex obitu Perillustris & Admodum Reuerendi olim Domini ANDREÆ TARLO Canonici Cracouiensis, Præpositi Ecclesiæ Collegiatæ Tarnouiensis meritissimi, doloris plenissimo, voluntatis vestræ affectum & studium luculentissimè contestamini. Perillustres Admodum Reuerendi, Magnifici Domini. Quàm inclinatissimi officij promptitudinem, ac promptissimam pietatem, vix dictu est credibile quanta quamuè grata in summo suo mærore, hæc ipsa domus Diuino cultui & honori munificentiâ maiorum amplissimè constructa; & consecrata excipit voluptate. Agunt istæ ipsæ aræ Diuinæ, & hæc lugubria peristromata vestris animis, vt pote sui luctus orbitatisq; non testibus tantum, sed etiam adiutoribus atq; socijs gratias cumulatissimas, mutique isti sacrarum ædium parietes, pro muto iam atque exanimi Patrefamilias, verba videntur facere disertissima. Tametsi quid apud vos lapides pro tanto, tamque illustri Præ

lato

lato perorare oporteat? Loquetur pro eo copiosissimè, apud omnem posteritatis memoriam exacta ad libellam præstantioris rationis vitæ dignitas & sanctimonia; Loquentur confertissimæ virtutes, vitæ summa æquabilitas, magnitudo animi, gentilicia, splendor magnificus, genuina libertas, elemosynarum bono Ecclesiæ amplius propagando sacrosancte distinatarum; variisque locis & ingenijs applicatarum ab animo profecta vera in Deum pietate inflāmato beneficentia: aliæque virtutes innumeræ, dum gratitudinis memoria alicuius valoris erit inter mortales, nunquā de laudibus, magni istius sacerdotis conticescet? Sigillatim vosmet ipsos audeo compellare, testimonium veritatis à singulis vestrum exoptando, quotusquisque enim vestrum Illustr: Domini semel aut iterum arctius in mutuam Prælati nostri venit notitiam & consuetudinem, eodem vndiquaq; consotiatam genere ac sanguine, ijsdem aut perquàm finitimis colligatam maiorum stemmatibus, quin vno obtutu vnicum in illo agmen virtutum pulcherrimarum clarissimè aduertens, illud non dicam dinumerando percensere, sed commemorando eà quâ parest dignitate valeat admirari. Meam verò tenuitatem quid tandem eo vsq; perduxit,

quidue